

velut intribilia ligna que
 rendi sunt. qui instructioni
 sacrorum voluminum sem-
 per inherentes. sancte eccle-
 sie unitatem denuncient. et
 quasi intronissis circulis ar-
 cham portet. Vectibus quip-
 pe archam portare. est bo-
 nis doctoribus sanctam eccle-
 siam ad erudiendas infide-
 lium mentes predicatio de-
 ducere. Qui auro quoque iu-
 bentur operiri. ut cum ser-
 mone alios insonant ipsi eti-
 am vite splendore fulgeant.
 De quibus apte subditur.
 Qui semper erunt in circu-
 lis nec unquam extrahentur ab
 eis. quia nimirum necesse e-
 st ut qui ad officium predica-
 tionis excubant a sacre lecti-
 onis studio non recedant.
 Ad hoc namque vectes esse in
 circulis semper iubentur. ut
 cum portari archam oportu-
 nitas erigit. de intronit-
 tendis vectibus portandi tar-
 ditas nulla generetur. quia
 videlicet cum spirituale ali-
 quid a subditis pastor inquit-
 ritur. ignominiosum valde
 est. si tunc querat discere cum
 questionem debet enodare.
 Sed circulis vectes ipsi in-

hereant ut doctores sem-
 per in suis cordibus eloquia
 sacra meditantes testamen-
 ti archam sine mora eleuent
 si quicquid necesse est proxi-
 mus docent. Unde bene pri-
 mus pastor ecclesie: pastores
 ceteros ammonet dicens.
 Parati semper ad satisfacti-
 onem omni poscentivos ra-
 tionem de ea que in vobis
 est spe. Ac si aperte dicat. ut
 ad portandum archam mo-
 ra nulla prepediat vectes a
 circulis nunquam recedant.

Qualiter ammonen-
 di sunt iuvenes. atque
 aliter senes.

Capitulum XXIII

Quia igitur
 qualis esse debeat pa-
 stor ostendimus. nunc
 qualiter doceat demonstre-
 mus. Ut enim iam longe
 ante nos reuerende memo-
 rie Gregorius nazanzenus
 edocuit. Non una eademque
 cunctis exhortatio congruit.
 quia nec cunctos par mox quali-
 tas astrigit. Sepe namque alia